

LII. AVSVGVM (*Borgo di Val Sugan*).

M. P. XXIII a Tridento, XXX vero a Feltria itinerarium Antonini p. 280 collocat Ausugum, a quo appellatam esse patet vallem Sugan quam nunc dicunt, inciduntque mensurae fere in cognomine oppidum eius vallis

hodie caput. Titulos ex ea valle habemus duos, non ex oppido illo, sed ex vicis Calceranica et Masi sitis inter Ausugum et Tridentum.

5048 Calceranicae (Valsugan) in templo S. Hermetis in muro exteriori meridiem versus ROSCHM.

<p><i>traditur fere:</i></p> <p>D I A N A E A N T H I O C H I E H O C O S V R I 5 A C T O P R V F</p>	<p><i>fuit fere:</i></p> <p>D I A N A E A N T H V S · · · · · C O S · V · C vel C · V · S E R A C T O R E X · V · F</p>
---	---

Mariani Trento (1673) p. 534; Hier. Tartarotti apud Mur. 36, 1; Roschmann ms. post Tridentinas, cui descripserunt Bartholomaei et Sperges; Cresseri ms. a Spergesio; Sperges ipse ms. bibl. Dipaul. 409 p. 4; Pezzo *nov. ill. mon. dei Cimbri* (Veronae 1785) 2, 85; Montebello Valsug. (1793) p. 128; Giovanelli misit Marinio a. 1807.

'Loci curatus inscriptionem scalpro cupiens restaurare deturpavit foedissime' Cresseri, idemque testantur Pezzo et Montebello, hic addens: '*si vede però abbastanza anche vestigio delle antiche lettere per non metterle in dubbio*'. — 2 ANTHIO Cress., ANTIHO Pezzo. — 3 CHIEHO Tart. Barth., GHIEHO Pezzo, CHAEHO Sperges (Roschmanni), CHENO Cress., CHIAE Mont. — 4 COSVRI reliqui, COSUBI Pezzo, COS·TI Mont. — 5 ACTOP Sperg. (Roschm.) Pezzo, ACTOD Tart. Mont., ACTOO Barth., ACTO Cress. — 6 sic Tart., P^VP Sperg. (Roschm.), V^F Pezzo, F^VF Mont., R^VP Barth., om. Cress. — Interpolata sunt exempla Mariani (DIANA ANTIOCHENAE DICATVM), Spergesii bibl. Dipaul. (DIANA ANTIOCHENAE SACRVM), Giovanelli (DIANA EPHESSIAE SACRVM). — Quae temptavi ita accipe, ut quid esse potuerit in lapide demonstrent, non quid ibi fuerit declarent.

5049 Litterae bonae sunt neque abhorrent a saeculo primo. — 'Lapis partim corrosis litteris, partim trunco in lapide deficientibus' SPERGES. — 'Clusa, quae Xichi Castri novi et Caldonatii saeculo XIV dynastae vocabatur, sita est penes viam militarem intra lacum dictum *dei Masi* in capite loci dicti *il Marter*, ubi olim fortasse urbs Ausugi militaris statio extiterat, de qua Antonini itinerarium loquitur. Ut autem hoc certius cognoscerem, hexapeda ad antiquam Romanorum mensuram constructa dimensus sum iter ab hoc loco Tridentum usque, procedendo per antiquam viam militarem, nempe Tridento Perginam, inde per oras lacus S. Christophori sive Caldonatiensis Caldonatium, Caldonatio Levicum usque ad finem et eandem quasi dimensionem inveni, quam Antonini itinerarium ponit. In dicto Marter a. 1745 dum runcaretur, repertum est sequens monumentum, quod a docto viro Francisco Bruni burgi Ausugi presbytero amico meo asservabatur. Praeterea et tegulae iuxta Vitruvianam mensuram repertae fuere et numismata Romana plurima' BARTHOLOMAEI. 'Est locus duabus horis ab Ausugio seu Borgo distans (*Marter* vocant), quem magni nominis urbem olim fuisse perhibent; certe duae turres semirutae adhuc ibi extant ac nuper admodum inventus est lapis aliquis diffractus et vitiatum cum sequente inscriptione. Notabile autem est, quod occasione dicti lapidis e terra effossi detecta sunt aedificii cuiusdam vestigia, nempe podium ex caemento tres passus latum, pilaster aliquis ex laterculis quadries maioribus quam hi nostri sunt et fune quodam colligatis et sustentatis in formam tegularum, quibus tecta conseruntur. Item murus subterraneus per totum agrum se extendens cum multis [centum fere, *Nocher*] nummis, quorum duos imp. Constantini et imp. Claudii habet Franciscus Brunus presbyter' SPERGES (ms.). Postea lapidem ablatum esse a C. F. Giovanellio in villam Noventanam [quae est in pago Noventae X mil. pass. distante a Patavio, hodie gentis Marinae] scribit SPERGES (ms. et apud Roschm.). '*La lapida da prima fu depositata nel castel Telvana, donde fu ricopiata; nell' abbandono poi del detto castello il pezzo più piccolo fu perduto e il grande conservasi nella biblioteca Nocher*' MONTEBELLO 1793, errore opinor; certe Romanus Nocher, qui in comm. ms. de Venetia et Histria (ms. bibl. Trident. n. 311) lapidem refert, sumpsit ex Bartholomaeo neque addit lapidem servari apud se. Ipsa bibliotheca dispersa est gente Nocheria extincta. Meo iussu lapis quaesitus est Noventae neque inventus, nec mirum; nam in ipso oppido *Borgo Valsugana* frustum eius Ferdinandus Dordo denuo a. 1848 repperit in pariete in opera positum, unde extractum iussu ipsius hodie prostat ibi apud heredes eius.

/DIDERAM MVNVS M||ENSE |OY|||
 /NNOAQ MEOSV|||ATATERAN||
 SOLLICITI INSONTE/ PROPONI MAGNA PVT||
 SPERANTESQ · MIHI SE MVNERA FERRE FERET||
 5 FVNERA SET SANCTVS DEVS HIC FELICIVS I||
 TRANSTVLIT IN MELIVS SIC DENIQVE FATA TVLER/
 /IRATAM FACIVNT GENERATIS VNDIQVE NVMMI/
 /NVIDIA CREVIT DE NOMINE MAGNA PATRONV/
 //C TAMQVAM DOMINI CIVES EXPELLERE TEMP
 10 ||||, PRAECISVS PVDOR E/T VT FORTE LVCVS |||
 |||AF/ES TIMIDAE NEQVE/NT DEFENDERE SES/
 |||NIBVS IVNCTI//VAE PABVLA SAEPE SECAT/
 |||VIDAE CAMPIS HOMINVM PECVDVMQVE
 |||VLVS FVERAT CONSTANS DISIVNCTV/
 15 ||| QVISQVE SIBI TIMIDVS VT PROZIN
 I I CLAVDIA S
 C I P I A C A S T A F
 S O S P R O B A V
 S A